

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**M. Tullii Ciceronis Orationvm Pars ...**

**Cicero, Marcus Tullius**

**Coloniae Agrippinae, 1629**

Oratio XXIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-116557](#)

IV.  
IN L. CATILINAM.

Liberis, de aris ac focis, de faniis ac templis, de rosinis  
vibis tectis ac sedibus, de imperio, de libertate, de  
salute Italia, deque vniuersa rep. decernite diligenter,  
vt institutus, ac fortiter, habetum enim consulem,  
qui & parere vestru decretus non dubitet: & ea quae  
statueritis, quo ad viuet, defendere, & per se ipsum  
prastare possit:

---

PROL. MVRA-  
NA.

ORATIO XXIII.

**V**AE precatus sum à dīs immortā-  
libus, iudices, more institutoque maio-  
rum illo die, quo auspicato, comitīs  
centuriatis, L. Muranam consulem re-  
nunciauit: vt ea res mihi, magistratus  
quē meo, populo plebique R. bene atq; feliciter eueni-  
ret: eadem precor ab īisdem dīs immortalibus ob-  
eiusdem hominis consulatum vna cū salute obtinendū,  
& vt vestra mentes atque sententiae cum populi R.  
voluntate suffragysque consentiant: eaque res vobis  
populoque R. pacem, tranquillitatem, ocium, concor-  
diamque afferat: quod si illa solennis comitiorum  
precatio, consularibus auspicijs consecrata, tan-  
tam

## ORATIO

nam habet inse vim & religionem , quantam reip<sup>s</sup>, dignitas postulat: idem ego sum precatus , vt ijs quoque hominibus , quibus hic consulatus me rogante datus esset, ea res faustè fliciter, proferequ<sup>e</sup> eueniret: \* quæ cùm ita sint, iudices, cùm omnis deorum immortalium potestas aut translata sit ad vos , aut certè communicata vobis: idem consul eum vestra fidei commendat , qui ante a djs immortalibus commendavit, vt eiusdem hominis voce, & declaratu<sup>r</sup> consul, & defensus, beneficium populo Roman. cum vestra atque omnium cuiusum salute iueatur. & quoniā hoc officio studium mea defensione ab accusatoribus , atque etiam ipsa suscep<sup>t</sup>io causa reprehensa est: antequam pro L. Murena dicere instituo , pro me ipso pauca dicam: non quod mihi potior hoc quidem in tempore , sit officiū mei , quām huiusc<sup>e</sup> salutis defensio : sed vt , m<sup>o</sup> factō vobis probato , maiore auctoritate ab huius honore , fama , fortunisque omnibus , inimicorum impetu propulsare possim.\* & primum M. Catoni , vitam ad certam rationis normam dirigenti , & diligentissime perpendenti momenta officiorum omnium , de officio meo respondebo. Negat fuisse rectum Cato , me & consulem , & legis ambitus latorem & tam seuerē gesto consulatu , caussam L. Mureno attingere. cuius reprehensio me vehementer mouet , non solum ut vobis, iudices, quibus maximē debeo, verūmetiam ut ipsi Catoni , grauiſſimo atque integerrimo viro, rationem facti mei probem. A quo tandem , M. Caton<sup>o</sup> , est equius consulem defendi , quām à consule?

quis

PRO L. MVR AENA.

quis mibi in rep. potest, aut debet esse coniunctior,  
quam is, cui resp. à me uno traditur sustinenda,  
magnis meis laboribus & periculis sustentata? quod  
si in ijs rebus repetendis, qua mancipij sunt, is peri-  
culum iudicij praestare debet, qui se nexus obligauit:  
proscel'd etiam rectius in iudicio consule designari  
is potissimum consul, qui consulem declarauit, au-  
ctor beneficij populi Romi. defensorque periculi esse 4  
debet. \* ac si, vt nonnullis in ciuitatibus fieri so-  
let, patronus huic causa publicè constitueretur: is  
potissimè honore affecto defensor daretur, qui co-  
dem honore praeditus, non minus afferret ad dicen-  
dum auctoritatis, quam facultatis. quod si è portu  
soluentibus ijs, qui iam in portum ex alto inuehun-  
tur, principere summò studiò solent & tempesta-  
tum rationem, & prædonum, & locorum: quod na-  
turā assert, vt eis faueamus, qui eadem pericula,  
quibus nos perfuncti sumus, ingrediantur: quo tan-  
dem animo me esse oportet, propè iam ex magna  
iactatione terram videntem, in hunc, cui video  
maximas reip. tempestates esse subeundas? quare,  
si est boni consulis, non solum videre quid agatur,  
verum etiam prouidere quid futurum sit, ostend-  
dam alio loco, quantum salutis communis intersit,  
duos consules in rep. Kalend. Ian. esse. \* quod si ita 5  
est, non tam me officium debuit ad hominis amici  
fortunas, quam resp. consulem ad communem sa-  
lutem defendendas vocare. Nam quod legem de  
ambitu tuli, certè ita tuli, vt eam, quam misericordia

## ORATIO

ipſi iani pridem rulērīm de ciuium periculis defen-  
dendis, non abrogarem: etenimſi largitionem fa-  
ctam esse confiterer, idque recte factum esse deſen-  
derem: facerem improbè, etiamſi aliud legem tulis-  
ſet, cūn vero nihil commiſſum contra legem eſſe  
defendam: quid eſt, quid meam deſenſionem latio  
legis impedit? \* negat eſſe eiusdem ſeueritatis,  
Catilinam, exitium reip. intra mœnia molientem,  
verbis, & penè imperio vrbe expulſe, & nunc  
pro L. Murāna dicere. ego autem has partes leni-  
tati, & misericordia, quas me natura ipſa docu-  
it, ſemperegi libenter: illam verd grauitati, ſau-  
ritatisque personam non appetiui, ſed à rep. mi-  
hi impositam sustinui, ſicut huic imperij di-  
gnitas in ſummo periculo ciuium poſtulabat. quod  
ſitum, cūn reſp. vim & ſeueritatem deſiderabat,  
vici naturam, & tam vehemens fui, quam coge-  
bar, non quam volebam: nunc, cūn omnes me cau-  
ſa ad misericordiam, atque ad humanitatēm vo-  
cent, quanto tandem studio debo natura mea  
conſuetudinique ſeruire? ac de officio deſenſio-  
mea, ac de ratione accuſationis tua, forſa etiam  
7 alia in parte orationis dicendum nobis erit. \* Sed  
me, iudices, non minus hominis sapientissimi atque  
ornatissimi, Ser. Sulpitij conqueſtio, quam Catonis  
accuſatio commouebat: qui grauiſſime & acerbifor-  
me ſe ferre dixit, me familiaritatis neceſſitudi-  
niſque oblitum, cauſam L. Murāna contra ſe de-  
fendere, huic ego, iudices, ſatuſ facere cupio, vos-  
que

10 PRO L. MVR AENA.

que adhibere arbitros. nam cum graue est , verè ac-  
cusari in amicitia : tum etiam si falso accuseris non  
est negligendum. Ego , Seruus Sulpiti , me in petitione  
tua tibi omnia studia , atque officia pro nostra ne-  
cessitudine & debuisse confiteor , & praestitisse arbi-  
tror. nihil tibi consulatum perenti à me defuit, quod  
esset aut ab amico , aut à gratioso , aut consule po-  
stulandum. abij illud tempus : mutata ratio est : sic  
existimo, sic mibi persuadeo, me tibi contra honorem  
L. Murana , quantum tu à me postulare ausis sis, tan-  
tum debuisse : contra salutem , nibil debere . \* neque  
enim , si tibi tum , cum peteres consulatum , assui,  
siccirco nunc , cum Muranam ipsum petas , adiutor  
eodem pactio esse debeo. Atque hoc non modò non lau-  
dari, sed ne concedi quidem potest , vt amicis nostris  
accusantibus , non etiam alienissimos defendamus.  
mibi autem cum Murana iudices , & virtus , & magna  
amicitia est : qua in capitulo dimicazione à Ser. Sul-  
picio non iccirco obruerit , quod ab eodem in hono-  
ris contentione superata est. qua si causa non esset ,  
tamen vel dignitas hominis , vel honoris eius , quem  
adeptus est , amplitudo sumam mihi superbia , cru-  
delitas , & sanguinem inuisisset , si hominis & suis &  
populi R. ornamenti amplissimi , caussam tanti pe-  
riculi repudiasset. neque enim iam mibi licet , neque  
est integrū , vt meū laborem hominum periculis suble-  
uandus non impertiam , nam cum premia mibit an-  
ta pro hac industria sint data , quanta antea nemis-  
si : labores , per quos ea cœperis , cum adeptus sis .

S 2 depon-

## ORATIO

9 deponere , esset hominis & astuti , & ingrati . \* quod  
sicut desinere , si te auctore possum , si nulla iner-  
tie , nulla superbia turpitudo , nulla inhumanitatis  
culpa suscipitur : ego verò libenter desino . sin autem  
fuga laboris desidiam , repudiatio supplicum su-  
perbiā , amicorum neglectio improbitatem coar-  
guit : nimirum hac causa est eiusmodi , quam nec  
industrius , nec misericors , nec officiosus deserere  
possit . atque huiusc rei coniecturam de tuo ipius  
studio , Serui , facillimè ceperis : nam si tibi necesse  
putas etiam aduersarijs amicorum tuorum de iure  
consulentibus respondere , & si turpe existimas , te  
aducato illum ipsum , quem contra veneris , causa  
cadere : noli tam esse iniustus , vt , cùm tui fontes vel  
20 inimici tuū pateant , nostros riuelos etiam amicis  
putes clausos esse oportere . \* etenim si me tua fa-  
miliaritas ab hac causa remouisset : & si hoc idem  
Q. Hortensio , M. Crasso clarissimi viri , si item ce-  
teris , à quibus intelligo tuam gratiam magni atri-  
mari , accidisset : in ea ciuitate consul designatus  
defensorem non haberet , in qua nēmini inquam  
infimo maiores nostri patronum deesse voluerunt .  
ego verò , iudices , ipse me existimare in nefarium , si  
amico: crudelem , si misero: superbum , si consuli de-  
fuissem . quare , quod dandum est amicitia , largè  
dabitur à me , vt tecum agam , Serui , non secus , ac si  
meus esses frater , qui mihi est charissimus : isto in  
loco quod tribuendum est officio fidei , religioni , id  
ita moderabor , vt meminerim me contra amici  
studium

PRO L. MVRAENA.

studium pro amici periculo dicere. \* Intelligo, iudicces, tres totius accusationis partes fuisse, & eorum unam in reprehensione vita, alteram in contentione dignitatis, tertiam in criminibus ambitus esse versatam, atque harum trium partium prima illa, quae grauiissima esse debebat, ita fuisse infirma, & leuis, ut illos lex magis quedam accusatoria, quam vera maledicendi faculas de vita L. Murane dicere aliquid coegerit. Obiecta est enim Asia, qua ab hoc non ad voluptatem & luxuriam expedita est, sed in militari labore peragrata. qui si adolescentis patre suo imperatore non meruisset, aut hostem, aut patris imperium timuisse, aut a parente repudiatus esse videretur. an, cum sedere in equis triumphantium pretextati potissimum filii soleant, huic donis militaribus patrio triumphum decorare fugiendum fuit. vt rebus communiter gestis penesimul cum patre triumpharet? \* hic 12 verd, iudices, & fuit in Asia, & viro fortissimo parenti suo magno adiumento in periculis, solatio in laboribus, gratulationi in victoria fuit. & si haberet Asia suspicionem luxuria quandam: non Asiam nunquam vidisse: sed in Asia continenter vixisse, laudandum est. quamobrem non Asia nomen obiectum Muranæ fuit, ex qua latus familia, memoria generi, honos & gloria nomini constituta est: sed aliquod aut in Asia susceptum, aut ex Asia deportatum flagitum, ac dedecus. meruisse verditipendia in eo bello, quod tum populus R. non modd

## ORATIO

maximum, sed etiam solum gerebat, virtutis: patre imperatore libentissime meruisse, pietatis: sisem stipendiiorum patris victoriani, ac triumphum fuisse, felicitatu fuit. maledictio quidem sicco nihil in hisce rebus loci est, quod omnia laus occupa-  
13 unt. \* Saltatorem appellat L. Muranam Cato, maledictum est: si verè obygitur, vehementius accusatoriu; si falsd, maledici coniutororis. quare, cum ista sis auctoritate, non debes, M. Cato, arripere maledictum ex tritio, aut ex scurrarum aliquo coniutto, neque temerè consulem pop. R. saltatorem vocare: sed conspicere, quibus præterea vitis affectum esse necesse sit eum, cui verè istud obygi positi. nemo enim ferè saltat sobrius, nisi forte insanit: neque in solitudine, neque in conuiuio moderato atque honesto. intempestiu conuiuq, amors loci, mul-  
tarum deliciarum comes est extrema, saltatio: tu inibi arripuid, quod necesse est omnium vitiorum esse postremum: relinquis illa, quibus remotu hoc vitium omnino esse non potest. nullū turpe conuiuunt, non amor, non commessatio, non libido, non sumptus offenditur: & cùm ea non reperiantur, qua voluptatis nomen habent, queaque vitiosas sunt: in quo ipsam luxuriam reperire non potes, in eo te vnu-  
14 bryam luxuria repertorum putas? \* nihil igitur in vitam L. Muranadici potest nihil, inquam, omnino, iudices. sic à me consul designatus defenditur, ut eius nulla fraus, nulla avaritia, nulla perfida, nulla crudelitas, nullum petulans dictum in vita profecto.

## PRO L. MVR AENA.

proferatur. Benè habet, iacta sunt fundamenta defensionis: nondum enim nostris laudibus, quibus ritar postea, sed propè inimicorum confessione virum bonum, atque integrum hominem defendimus. quo constituto, facilior est mibi aditus ad contentionem dignitatis, quapars altera fuit accusationis.\*<sup>15</sup> Sunimam video esse in te, Serui Sulpiti, dignitatem generis, integritatis, industria, ceterorumque ornamentorum omnium, quibus fretum ad consulatus petitionem aggredi par est, paria cognosco esse ista in L. Murana, atque ita paria, ut neque ipse dignitate vinci potus sit, neque te dignitate superavit. Contempsti L. Murana genu, extulisti tuuros, quo loco si tibi hoc sumis, nisi qui patricius sit, neminem bono esse genere natum: facio, ut rursus plebs in Auentinum se uocanda esse videatur. Sin autem sunt ampla & honesta familia plebeia: & proauus L. Murana, & avus, pratores fuerunt, & pater, cum amplissime atque honestissime ex pratura triumphasset, hoc faciliorem huic gradum consulatus adipiscendi reliquit, quod is iam patri debitus, à filio perebatur.\* tua verò nobilitas, Ser. Sulpiti, tamēsi<sup>16</sup> sunma est, tamen hominibus literatis, & historicis est notior, populo verò & suffragatoribus obscurior. pater enim fuit equestri loco, avus nulla illustri laude celebratus: itaq; non ex sermone hominum recenti, sed ex annalium vetustate eruenda est memoria nobilitatu tua. quare ego te semper in nostram numerū aggregare soleo, quod virtute, industriaque perfecisti, ut cùm equitis R. es es filius, summa tamen am-

## ORATIO

plitudine dignus putarere , nec mihi vñquam minus  
in Q. Pompeio, nouo homine, & fortissimo viro, vir-  
tutu esse visum est , quām in homine nobilissimo M;  
Aemilio: etenim eiusdem animi atq; ingenij est poste-  
rius suis, quod Pompeius fecit , amplitudinem nomi-  
nis, quam non acceperit, tradere , & vt Scaurus me-  
moriā prop̄e intermortuam generis sui , virtute  
renouare.\* quanquam ego iam putabam , iudices,  
multis viris fortibus ne ignobilitas obiceretur gene-  
ris, me labore esse perfectum: qui non modo Curüs,  
Catonibus, Pompeijs, antiquis illis fortissimis viris,  
nouis hominibus, sed recentibus Marijs, & Didijis &  
Cælijs commemorandū iacebant. cūm ego verò tan-  
to interuallo claustra ista nobilitatis refregisse, vt  
aditus ad cōsultaum posthac, sicut apud maiores no-  
stros fuit , non magis nobilitati, quām virtuti pate-  
ret: non arbitrabat, cūm ex familia vetere, & illu-  
stri consul designatus ab equitis R, filio consule de-  
federetur, de generis nouitate accusatores esse dictu-  
ros. etenim mihi ipſi accidit, & cūm duobus patricijs,  
altero improbissimo atque audaciſſimo , altero mo-  
destissimo atque optimo viro peterem: superauit tamen  
dignitate Catilinam, gratia Galbam. quid si id cri-  
men homini nouo esse deberet , profectū mihi neque  
inimici , neque inuidi defuissent.\* omittamus igitur  
de genere dicere , cuius est magna in vitroque digni-  
tas: videamus cetera. Questuram vna petiū, & sum  
ego factus prior. Non est respondendum ad omnia;  
neque enim quenquam vestrum fugit , cūm multi  
pare dignitate fiant, vnius autem primum solus pos-  
fit

## PRO L. MVR AENA.

fit obtinere, non eundem esse ordinem dignitatis, & renunciationis: propterea quod renunciatio gradus habeat: dignitas autem sit persæpe eadem omnium: sed quaestura utriusque propemodum pari momento fortius fuit: habuit hic lege Titia prouinciam tacitam, & quietam: tu illam, cui, cum questores sortiuntur, etiam acclamari solet, Hostensem, non tam gratiosam, & illustrem, quam negotiosam, & molestam, conedit utriusque nomen in quaestura: nullum enim virbis fors campum dedit, in quo excurrere virtus, cognoscique posset. \* reliqui temporis spacium in contentionem vocatur, ab yrroque dissimilima ratione tractatum. Seruus hic nobiscum hanc urbanam miliciam respondendi scribendi, canendi, plenam solicitudinis, ac stomachi secutus est: ius ciuile didicit, multum vigilauit, laborauit, praesidio multis fuit, mulierum stultitiam perpessus est, arrogantiam pertulit, difficultatem exorbiuit, vixit ad aliorum arbitrium, non ad suum, magna laus, & grata hominibus, unum hominem elaborate in scientia, qua sit multius profuera. \* quid Muræna interea? fortissimo, & sapientissimo viro, summo imperatori Legatus L. Lucullo fuit. qua in legatione duxit exercitum, signa contulit, manum conseruit, magnas copias hostium fudit, urbes partim vi, partim obsidione cepit: Asia istam reservam, & eandem delicatam sic obiit, vt in ea neque auaritia, neque luxuria vestigium relicherit: maximo in bello sic est versatus, vt hic multas res & magnas sine imperatore gesserit, nullam sine hoc imperator atque hec, quanquam presente L.

## ORATIO

L. Lucullo loquar, tamen ne ab ipso propter periculum nostrum, concessam videamus habere licentiam fungendi, publicis literis testata sunt omnia, quibus L. Lucullus tantum laudis imperit, quantum neque ambitiosus imperator, neque inuidius tribuere alteri in communicanda gloria debuit. \* summa in vitroque est honestas, summa dignitas, quam ego, si mibi per Seruum licet, pari atque eadem in laude ponam: sed non lucet, agitat rem militarem, insectatur rotam hanc legationem, assiduitatis, & operarum harum quotidianarum putat esse consulatum. apud exercitum mibi fueris, inquit, tot annos? forum non attigeris? absfueris etandis? & cum longo interuallo veneris, cum ipsis, qui in foro habitarunt, de dignitate contendas? primum, ista nostra assiduitas, Serui, nesci, quantum interdum afferat hominibus fastidij, quantum satietatis. mibi quidem vehementer expedit, poscam in oculis esse gratiam: sed tamen ego, mei satietatem magno meo labore superau: & tuidē fortasse: veruntamen utrique nostrū desiderium, nihil obfuisset. \* sed ut hoc omisso ad studiorum, atque artium contentionem revertamur: qui potest dubitari quin ad consulatum adipiscendum multid plus afferat dignitas, rei militaris, quam iuri ciuilis gloria? vigilas tu de nocte, vt tuis consultoribus respondeas: ille, vt quid intendit, mature cum exercitu perueniat, te gallorum, illum buccinarum cantus exuscitat, tu actionem instruis: ille aciem instruit. tu caues ne tui consultores: ille ne vices aut castra capiantur: ille tenet, & scit, vt hostium copia: tu, vt aqua pluvia arceansur. ille exercitatus est in propria

ganda

PRO L. MVR AENA.

gandis suis: tu in regendis, ac nimium (dicendum  
est enim, quod sentio) rei militaris virtus praeferat ce-  
teris omnibus. hac nomen populo R. hec huic urbi aet-  
er nam gloriam peperit: hac orbem terrarum parere huic  
imperio coegerit. omnes urbaniores, omnia haec nostra  
praeterea studia, & hac forensis laus, & industria la-  
tent in tutela ac praesidio bellicis virtutis simulari, im-  
crepuit suspicio tumultus, artes illuc nostra contine-  
scunt.\* Et quoniam mihi videris istam scientiam iu-  
ris tanquam filiolam osculari tuam, non patiar te in  
tanto errore versari, vt istud nescio quid, quod tan-  
topere didicisti, praelarum aliquid esse arbitrare: a-  
lyjs ego te virutibus, continentia, grauitatis, iustitia,  
fidei, ceteris omnibus, consulatu, & omni honore semi-  
per dignissimum iudicavi: quod quidem iuscivile di-  
dicisti: non dicam operam perdidisti, sed illud dicam,  
nullam esse in illa disciplina munitam ad consularum  
viam. omnes enim artes, qua nobis populi R. studia  
conciliant, & admirabilem dignitatem, & pergra-  
vam utilitatem debent habere.\* summa dignitas est  
in ijs, qui militari laude antecellunt: omnia enim,  
qua sunt in imperio, & in statu civitatis ab ijs de sen-  
di, & firmari putantur: summa etiam utilitas: si qui-  
dem eorum consilio, & periculo cum rep. rum etiam  
nostris rebus perfaci possimus. grauij etiam illa  
est, & plena dignitatis dicendi facultas, qua sepe  
valuit in consule deligendo, posse consilio, atque  
oratione & senatus, & populi, & eorum, qui res  
iudicant, mentes permouere. quaritur consul, qui  
dicendo nonnunquam comprimat tribunitios furo-  
res, qui concitatum populum flebat, quia largitione  
gesi.

23

24

gesi.

## ORATIO

resistat. non mirum, si ob hanc facultatem homines  
sapè etiam non nobiles, consulatum consecuti sunt:  
præsertim cum bac eadem res plurimas gratias, fir-  
misimas amicitias, maxima studia paret. quorum  
25 in isto vestro artificio, Sulpiti, nihil est. + primum,  
dignitas in tam tenui sciencia qua potest esse res enim  
sunt paruae, propè in singulis literis atque interpu-  
nctionibus verborum occupatae: deinde, etiam si quid  
apud maiores nostros fuit in isto studio admirationis,  
id enunciatis vestris mysterijs totum est contem-  
tum, & abiectum posse agi lege, nec ne pauci quon-  
dam sciebant fastos enim vulgo non habebant: erant  
in magna potentia qui consulebantur: à quibus eti-  
am dies tanquam à Chaldeis petebantur. inuenit  
est scriba quidam Cn. Flavius, qui cornicu oculos  
confixerit, & singulū diebus ediscendos factos populo  
proposuerit, & ab ipsis cautis iurisconsultis eorum  
sapientiam compilari. itaque irati illi quod sunt  
veriti, ne dierum ratione prouulgata, & cognita,  
sine sua opera lege posset agi. notas quasdam com-  
posuerunt, vt omnibus in rebus ipsi interessent. \*

26 cùm hoc fieri bellissime posset: fundu Sabinus meus  
est, imo meus, deinde iudicium: noluerunt fundus,  
inquit, qui est in agro, qui Sabinus vocatur. satu ver-  
bosè, cedo, quid posse? ego eum ex iure meum esse a-  
io. quid sum? inde ego te ex iure manu consertum vo-  
co. quid huic tam loquaciter litigioso responderet ille,  
vnde petebatur, non habebat, transi idem iuriscon-  
sultus tibicinus Latini modo: vnde tu me, inquit, ex  
iure manu consertum vocasti, inde ibi ego te reuoco.

præ-

## PRO L. MVRAENA.

prator interea ne pulchrum se ac beatum putaret,  
atque aliquid ipse sua sponte loqueretur, ei quoq; car-  
men impositum est, cùm ceteris rebus absurdam, tum  
verò nullo vnu: Virisque superstitionibus presentibus: ifi ñ  
viam dico, inita via, præstò aderat sapiens ille, qui  
inire viam diceret: Redite viam, eodem duce redi-  
bant, hac iam tum apud illos barbatos ridicula, cre-  
do, videbantur, homines, cùm rectè atque in loco cō-  
stituissent, iuberi abire, vt, vnde abiissent, eodem sta-  
tim redirent. ïsdem ineptijs fucata sunt illa omnia,  
Quando te in iure conspicio. & hæc, sed an ne tu di-  
cu, qui causa vindicaueris? quæ dum erant occultæ,  
necessariò ab eis, qui ea tenebant, petebantur: postea  
verò perulgata, atque in manus iactata, & ex-  
cussa, inanissima prudentiæ rpera sunt, si audis  
autem, & stultitiae plenissima.\* num cùm permul- 27  
ta præclarè legibus essent constituta, ea iure consul-  
torum ingénys pleraque corrupta, ac de prauata  
sunt. mulieres omnes propter infirmitatem consilij  
maiores in tutorum potestate esse voluerunt: hi inue-  
nerunt genera tutorum, quæ potestate mulierum  
continerentur. sacra interire illi noluerunt: horum  
ingenio sene's ad cōemptione's facienda's interimen-  
dorum sacrorum causa reperti sunt, in omni denique  
iure civili æquitatem reliquerunt, verba ipsa tenue-  
runt: vt, quia in alicuius libris exempli causa id no-  
men inuenient, putarunt omnes mulieres, quæ co-  
emptionem facerent, Caias vacari, iam illud inibi  
quidem mirum videri solet, tot homines, tam in-  
geniosos, per tot annos etiam nunc statuere non po-

tū-

## ORATIO

utisse, vitrum diem tertium, an perendinum, iudicem, an arbitrum, rem, an litem dici oportet.

28 \* itaque, ut dixi, dignitas in ista scientia consularis nunquam fuit, qua tota ex rebus scitis commentarijsque constaret: gratia vero multo etiam minus, quod enim omnibus patet. & aquae promptum est mihi & aduersario meo, id esse gratum nullo modo potest. itaque non modis beneficij colloquandi spem, sed etiam illud, quod aliquando fuit, licet consulere, iam perdidi. sapiens existimari nemo potest in ea prudenter, qua neque extra Romanam usquam, neque Romanis prolatis quicquam valet. peritus ideo haberi nemo potest, quod in eo, quod sciunt omnes, nullo modo possunt inter se discrepare. difficilis autem res ideo non putatur, quod & per paucis, & minimè obscuris literis continetur: itaque si mibi homini veberemus occupato, stomachum moueritis, triduo mei iuris consultum esse profitebor. etenim, quæ de scripto aguntur, scripta sunt omnia: neque tamen quicquam tam angustè scriptam est, quod ego non possem. Qua dore agitur, addere, quæ consuluntur autem minimo periculo respondentur. si id quod oportet responderis, idem videare respondisse quod Seruius: si aliter, etiam controversius nosse, & tractare

29 videare. quapropter non sum illa gloria militaris, vestris formulis, atque actionibus anteponenda est: verum etiam dicendi consuetudo longe & multum, isti vestra exercitatio ad honorem antecollat. itaque mibi videntur plerique initio multo

bos

PRO L. MVR AENA.

hoc maluisse: post, cùm id asequi non potuissent, istuc  
potissimum sunt delapsi. vt aiunt in gracis artifici-  
bus, eos auletas esse, qui cinbarædi fieri non potuerint.  
sive nonnullos videmus, qui oratores euadere non po-  
tuerunt, eos ad iuris studium deuenire. magnus di-  
cendi labor, magnares, magnas dignitas, summa e-  
tiam gratia: etenim à vobis salubritas quadam, ab ipsis,  
qui dicunt, salus ipsa petitur, deinde vestra responsa  
atque decreta & euertuntur sapè dicendo, & sine de-  
fensione oratoris, firma esse non possunt. in qua re  
satis profecissim, parcus de eius laude dicerem:  
nunc nihil de me dico, sed de ipsis, qui in dicendo mag-  
ni sunt, aut fuerunt. \* Due sunt artes, quo possunt 30  
locare homines in amplissimo gradu dignitatis, una  
imperatoris, altera oratoris boni: ab hoc enim pacu  
ornamenta retinentur: ab illo beli pericula repel-  
luntur. catena tamen virtutes ipsa per se multum va-  
lent, iustitia, fides, pudor, temperantia: quibus te Ser-  
ui, excellere omnes intelligunt: sed nunc de studijs ad  
honorem dispositis, non de insitaciusque virtute di-  
sputo, omnia ista vobis studia de manibus excutian-  
tur, simul atque aliquis motus nouus, bellum canere  
cepit. etenim, vt ait ingeniosus poeta, & auctor valde  
bonus, pralips promulgatis, TOLLITVR E MEDIO  
non solum ista vestra verbofa simulatio prudentiae:  
sed etiam ipsa domina rerum SAPIENTIA: VI  
GERITVR RES, SPERNITVR ORATOR non  
solum odiosus in dicendo, ac loquax, verum etiam  
BONVS: HORRIDVS MILES AMATVR: ve-  
strum verò studium totum iacet. NON EX IV-

RE

## ORATIO

REMANV CONSERVVM, SED MAGE FERRO,  
inquit. REM REPETVNT. quod si ita est, cedat op-  
nor, Sulpiti, forum castris, otium militiae, stylus gla-  
dio, vmbra soli: sit desique in ciuitate ea prima ars,  
propter quam ipsa est ciuitas omnium principes. \* ve-  
31 rūm hæc, Cato, nimium nos nostris verbis magna  
facere demonstrat, & oblitos esse bellum illud om-  
ne Mithridaticum cum mulierculis esse gestum. quod  
ègo longè secus existimo, iudices, deque eo paucis  
differam: neque enim causa in hoc continetur. Nam  
si omnia bella, qua cum Græci gestimur, contemne-  
da sunt: derideatur de rege Pyrrho triumphus M. Cu-  
rii: de Philippo T. Flaminij: de Aetolio M. Fulvij: de  
rege Persæ L. Pauli: de Pseudophilippo Q. Metelli: de  
Corintijs L. Mummijs: si hæc bella grauissima, victo-  
riaque eorum bellorum grauissima fuerunt: cur As-  
siatica nationes atque ille à te hostis contemnit?  
atqui ex veterum rerum monumentis, vel maximum  
bellum populum R. cum Antiochō, gestisse video: cu-  
ius belli victor L. Scipio, parta cum P. fratre gloria,  
quam laudem ille, Africā oppressa, cognomine ipso  
præse ferebat, eandem hic sibi ex Asia nomine af-  
32 sumpsit: \* quo quidem in bello virtus émituit egregia  
M. Catoni proauit tui. quid ille, cum esset, ut ego mibi  
statuo, talis, qualem te esse video, nunquam cum  
Scipione esset profectus, sicum mulierculis bellan-  
dum esse arbitraretur: neque verò cum P. Africano  
senatus egisset, ut legatus fratri profisciceretur;  
cum ipse paulò ante Annibale ex Italia ex-  
pulso;

## PRO L. MVRAENA

pulso, ex Africa electo, Carthagine oppressa, maximis periculis remp. liberauisset, nisi illud graue bellum, & vehementer putaretur. at qui si diligenter, quid Mithridates potuerit, & quid efficerit, & qui vir fuerit, considerari, omnibus regibus, quibuscum populus R. bellum gesit, bunc regem nimirum antepones, quem L. Sylla maximo, & fortissimo exercitu, pugna exercitatum, non ruditus imperator, ut aliud nihil dicam, eum bello inuestum totam in Asiam, cum pace dimisit: quem L. Muraena pater huiuscēdē vehementissime vigilansimeque vexatum, repressum magna ex parte, non oppressum reliquit: qui rex sibi aliquot annū sumpsis, ad confirmandas rationes, & copias belli, tantum ipse opibus conatuque innaluit, ut se Oceanum cum Ponto, Sertorij copias cum suis coniuncturum putaret.\* ad quod 33 bellum duobus consilibus ita misit, ut alter Mithridatem persequeretur, alter Bithyniam tueretur, alterius res, & terra, & mari calamitosae, vehementer & opes regis, & nomen auxerunt: L. Luculli veritas tanta extiterunt, ut neque maius bellum commémorari posit, neque maiore consilio & virtute gestum, nam cūm totius imperii belli ad Cizicenorum mēnia constitisset, eamque urbem sibi Mithridates Asia ianuam fore putauisset, qua effacta, & reuulsa tota pateret prouincia: perfecta à Lucullo hac sunt omnia, ut urbs fidelissimorum sciorum defenderetur, ut omnes copias regis diuturnitate obsidionis consumerentur. quid? illam pugnam naualem ad Tenedum, cūm contento cursu,

## ORATIO

acerrimis ducibus, hostium clasius Italiam spe, atque  
animis inflata petret, mediocriter amine, & par-  
ua dimicazione commissam arbitraris? mitto pra-  
lia: praterea oppugnaciones oppidorum: expulsi  
regno tandem aliquando, tantum ramen consilio  
atque auctoritate valuit, ut se, rege Armeniorum ad-  
iuncto, nouis opibus, copysque renouarit. ac si mibi  
nunc de rebus gestis esset nostri exercitus impera-  
torisque dicendum, plurima & maxima pralia com-  
memorare possem: sed non id agimus. \* hoc dico: si  
bellum hoc, si hic hostis, si ille rex contemnendus fu-  
isset: neque tanta cura senatus, & populus R. susci-  
piendum putasset, eque tot annos gesisset, neq; tan-  
ta gloria L. Luculli, neque verò eius belli conficien-  
di curam tanto studio populi Rom. ad Cn. Pompei-  
us detulisset: cuius ex omnibus pugnis, quo sunt  
innumerabiles, vel acerrima mibi videtur illa, qua  
cum rege commissa est, & summa contentione pug-  
nata, qua ex pugna cùm se ille eripuisset, & Bospho-  
rum configuisset, quo exercitus adire non posset, etiam  
in extrema fortuna & fuga, nomen tamen retinu-  
it regum. itaque ipse Pompeius regno possesto, ex  
omnibus oris ac notis sedibus hoste pulso tamen  
tantum in unius anima posuit, vt, cùm omnia,  
qua ille tenuerat, adierat, sperarat, victoria possi-  
deret, tamen non autem, quād illum vita expulsi  
bellum conjectum iudicavit. hunc tu hostem, Ca-  
to, contemnis? quo cum per tot annos, tot pra-  
lijs, tot imperatores bella gesserunt? cuius expulsi, &  
ejecti, vita tanti estimata est, vt, morte eius nun-

614

PRO L. MVRÆNA.

ciata, tum denique bellum confectum arbitremur hoc igitur in bello L. Murænam legatum fortissimis animi, summi consilij, maximi laboris cognitum esse defendimus, & hanc eius operam non minus ad consulatum adipiscendum, quam hanc nostram forensem industrias dignitatis habuisse. \* At 35 enim in pratura petitione prior renunciatus est Seruus, pergitisne vos, tanquam ex syngrapha, agere cum populo, ut quem locum semel honoris cuiquam dederit, eundem reliquis honoribus debeat? quod enim fietum, quem Euripum, tot motus, tantas, tam varias habere putatus agitationes fluctuum, quantas perturbationes & quantos astus habet ratio comitiorum? dies intermissus unus, aut nox interposta sapè perturbat omnia, & totam opinionem parua nonnunquam commutat aura rumoris. sapè etiam sine via aperta causa sit aliud, atque existimamus: vt nonnunquam ita factum esse etiam populous admiretur: quasi verò non ipse fecerit. \* nihil 36 est incertius vulgo, nihil obscurius voluntate hominum, nihil fallacius ratione tota comitiorum. quis L. Philippum summo ingenio, opera, gratia, nobilitate, à M. Herennio superari posse arbitratur est? quis, Q. Catulum, humanitate, sapientia, integritate antecellentem, à Cn. Manlio? quis M. Scavrum hominem grauissimum, ciuem egregium, fortissimum senatorem à Q. Maximo? non modò horum mibilis a fore putatum est, sed ne cum esset factum quidem, quare ita factum esset, intelligi potuit. nam vt tempestates sapè certo aliquo cali signo commouē-

## ORATIO

tur, sapè improuisd nulla ex certa ratione, obscuræ aliqua ex causa excitantur: sic in hac comitiorum tempestate populari sapè intelligas, quo signo 37 commota sit: sapè ita obscura est, ut casu excitatæ esse videatur. \* sed tamen si est reddenda ratio, duæ res vehementer in prætura desiderata sunt, qua amba in consulatu tum Muranæ profuerunt: una, expectatio munieris, qua & rumore nonnullo, & studijs sermonibꝫ quæ competitorum creuerat: altera, qd̄d y, quos in prouincia, ac legatoine omnis, & liberalitatu, & virtutis sua testes habuerat, nondum decesserant: horum virumque ei fortuna ad consulatus petitionem reseruauit: nam & L. Luculli exercitus, qui ad triumphum conueniebat, idem comes L. Muranæ præsto fuit: & manus amplissimum, quod petitio præture desiderabat, 38 prætura restituit. \* nunc tibi hac parvæ videntur adiumenta, & subsidia consulariæ: voluntas militum? quæ cùm per se valet multitudine, sūm, apud suos gratia: tum verò in consule declarando multum etiam apud vniuersum populum R. auctoritatis habet suffragatio militaris: imperatores enim comitij consularibus, non verborum interpretes deliguntur. quare grauis est illa oratio: me saucium recreauit, me preda donauit: hoc duce castra cepimus, signa constulimus: nunquam iste plu[m] militi laboris imposuit, quam sibi sumpsit: ipse cùm fortis, sūm etiam felix. hoc quanti putas esse ad famam hominum, ac voluntatem? etenim sit anta illis comitij religio est, ut adhuc semper omen volueris prærogattuum: quid mirum?

PRO L. MVRAENA.

mirum est, in hoc felicitatis famam, sermonemque  
valuissē? sed si hac leuiora ducis, qua sunt grauiſſi- 39  
ma & hanc vrbanam suffragationem militari an-  
teponis: noli ludorum huius elegantiam & scena  
magnificentiam valde contennere, qua huic ad-  
modum profuerunt. nam quid ego dicam popu-  
lum, ac vulgus imperitorum ludis magnoperē de-  
lectari? minus est mirandum, quanquam huius  
cauſa id satis est: sunt enim populi, ac multitudinis  
comitia. quare si populo ludorum magnificentia  
voluptati est, non est mirandum, eam L. Muræna  
apud populum profuisse. sed si nosmetipſi, qui & à  
delectatione omni, negotijs impedimur, & in ipsa  
occupatione delectationes alias multas habere pos-  
sumus, ludis tamen oblectamur, & ducimur: 40  
quid tu admirere de multitudine indocta? \* L.  
Ortho, vir fortis, meus necessarius, equestri ordi-  
ni relictuit non solum dignitatem, sed etiam volu-  
ptatem. itaque lex hac, qua ad ludos periret, est  
omnium gratissima, quod honestissimo ordinī cum  
splendore, fructus quoque iucunditatis est restitutus.  
quare delectant homines, mihi crede, ludi, etiam  
illos qui disimulant, non solum eos, qui fatentur:  
quod ego in mea petitione sensi: nam nos quoque ha-  
buius scenam competitricem. quod si ego qui tri-  
nos ludos adilis feceram, tamen Antonij ludis com-  
mouebar: tibi, qui casu nullos feceras, nihil huius istā  
ipsam, quam irrides argenteam scenam aduersatam  
putas? \* sed hac sanè. sint paria omnia: sit par fo- 41  
rensis opera militari: sit par militari suffragatio

## ORATIO

vibana: si vnde magnificissimos, & nullos unquam fecisse ludos: quid? in ipsa prætura nihilne existimas inter tuam & istius sortem interfuerisse? buius sors ea fuit, quam omnes tui necessarij tibi optabamus, iuriis dicundi: in qua gloriam conciliat magnitudo negotij, gratiam aquitatis largitio: qua in forte sapiens prætor, qualis hic fuit, offensionem vitat aquabilitate decernendi, benevolentiam adiungit lenitate audiendi egregia, & ad consulatum apta prouincia, in qua laus aquitatis, integritatis, facilitatis, ad extreum ludorum voluptate con-  
42 cluditur: \* quid tua sors? tristis, atrox, questio pe-  
culatus: ex altera parte lacrymarum & squaloris:  
ex altera plena catenarum atque iudicium: cogendi  
judices iniuti, retinendi contra voluntatem: scriba  
damnatus, ordo totus alienus: Syllana gratificatio  
reprehensa: multi viri fortes, & propè pars ciuitatis  
offensa est: lites seuerè estimatae: cui placet, ob-  
linuisitur: cui dolet, meminit. postremo tu in  
prouinciam ire noluisti. non possum id in te repre-  
hendere, quod in me ipso & prætor, & consul  
probaui: sed tamen L. Murona prouincia mul-  
tas bonas gratias cum optima existimatione attu-  
lit. habuit proficisciens delectum in Umbria: dedit  
ei facultatem resp. liberalitatis: qua usus, multas sibi  
tribus, qua municipijs Umbria conficiuntur adiunxit.  
ipse autem in Gallia, vt nostri homines despera-  
tas iam pecunias exigerent, equitate diligentiaque  
perfecit. tu interea Roma scilicet amicis præfis-  
fuisti: fateor: sed tamen illud cogita, nonnullorum  
smi-

PRO L. MVR AENA

amicorum studia minui solere in eos , à quibus prouincia contemni intelligent . \* quoniam ostendi , 34 iudices , parem dignitatem ad consularus petitronem , dissipare fortunam prouincialium negotiorum in Murena , atque in Sulpicio fuisse : dicam iam aperius , in quo meus necessarius fuerit inferior , Seruius : & ea dicam vobis audientibus amissi iam tempore , qua ipsi soli re integras apè dixi .

Petere consulatum nescire te , Serui , persapè dixi : & in yis rebus ipsis , quas te magno , & forti animo agere , & dicere videbam , tibi solitus sum dicens , magis te fortem senatorem mibi videri , quam sapientem candidatum , primùm accusandi terrors , & mina , quibus tu quotidie uti solebas , sunt fortis viri : sed & populi opinionem à spe adipiscendi auertunt , & amicorum studia debilitant . nescio quo pacto semper hoc sit , neque in uno , aut altero animaduersum est , sed iam in pluribus : simul atque candidatus accusationem meditari visus est , ut honorem desperasse videatur . \* quid ergo ? accep - 44 tam iniuriam persequi non placet ? immo vehementer placet : sed aliud tempus est petendi , aliud persequendi , petitorem ego , præsertim consulatus , magna spe , magno animo , magnis copijs & in forum , & incampum deduci volo : non placet mibi inquisitio candidati pronuncia repulsa : non testium potius , quam suffragatorum comparatio : non minus magis , quam blanditiae : non declamatio potius , quam salutatio : præsertim cum iam hoc voraciore omnes ferè domos omnium concurent , & ex val-

## ORATIO

45 tu candidatorum conjecturam faciant , quantum  
quisq; animi , & facultatis habere videatur.\* videt-  
ne tu illum tristem , demissum ? iacet , diffudit , abie-  
cit hastas . serpit hic rumor : scit tu , illum accusatio-  
nem cogitare? inquirere in competitores? testes que-  
rere? alium faciam: quoniam sibi hic ipse desperat.  
eiusmodi candidatorum amici intimi debilitantur,  
studia deponunt , aut testam rem abiciunt , aut  
suam operam , & gratiam iudicio & accusationi  
referuant accedit eodem , vt etiam ipse candidatus  
totum animum , atque omnem curam , operam , di-  
lignantiamque suam in petitione non possit ponere:  
adiungitur enim accusationis cogitatio , non par-  
uares , sed nimurum omnium maxima : magnum  
est enim te comparare ea , quibus possis hominem  
civitatem , præsertim non inopem , neque infirmum  
exturbare , qui & per se , & per suos , & verdeti-  
am per alienos defendatur : quives enim ad pericula  
propulsanda concurredimus : & qui non aperie ini-  
mici sumus , etiam alienissimi in capitu periculis

46 amicissimorum officia , & studia præstamus.\* quare  
ego expertus & petendi , & defendendi , & accusandi  
molestiam , sic intellexi , in petendo studium esse a-  
ccerrimum , in defendendo officium , in accusando la-  
borem . itaque sic statuo , fieri nullo modo posse , vt i-  
dem accusationem , & petitionem consulatus diligenter  
adornet , atq; instituat . vnum sustinere pauci pos-  
sunt: utrumque nemo . tu , cum de curriculo petitionis  
deslexisses , animumque ad accusandum transstu-  
lisses , existimasti te utriusque negotio satis acere posset

vfo

## PRO L. MVRAENA.

vehementer errasti. quis enim dies fuit, posteaquam  
in istam accusandi denunciationem ingressus es,  
quem tu non totum in ista ratione consumpsisti? le-  
gem ambitu flagitasti, quo tibi non deerat: erat  
enim severissime scripta Calpurnia, gestus est mos  
& voluntati, & dignitati tua: sed tota illa lex ac-  
cusationem tuam, si haberes nocentem reum, fortas-  
se armasset: petitioni vero refugata est. \* poena 47  
grauior iam plebem tua voce efflagitata est: com-  
moti animi tenuorem, exilium in nostrum ordinem,  
concessit senatus postulationi tua, sed non libenter  
durior em fortuna communi conditionem, te auto-  
re, constituit, morbi excusationi poena addita est: vo-  
luntas offensa multorum, quibus aut contra valetudini-  
nis comodum laborandum est, aut incommodo  
morbi etiam ceteri vita fructus relinquendi, quid  
ergo haec quis tulit? is, qui auctoritate senatus volun-  
tati tua paruit: denique is tulit, cui minimè prode-  
rant illa, qua mea summa voluntate senatus fre-  
quens repudiauit, mediocriter aduersata tibi esse ex-  
sistimas? confusionem suffragiorum flagitasti, proro-  
gationem legis Manilia, aequationem gratiae, digni-  
tatis, suffragiorum grauiter homines honesti, atque in  
suis ciuitatibus, & municipiis gratioſi tulerunt, a tali  
viro esse pugnatum, ut omnes & dignitatis, &  
gratia gradus tollerentur. idem editicos iudices esse  
voluisti, ut odia occulta ciuium, qua tacitis nunc  
discordis continentur, in fortunas optimi cuiusque  
erumperent. \* hac omnia tibi accusandi viam mu- 48  
niebant, adipiscendi obsepiebant, atq; ex omnibus illa

T 5 pl-

## ORATIO

plaga est injecta petitioni tuae, non tacente me maxima : de qua ab homine ingeniosissimo & copiosissimo Hortensio multa grauissime dicta sunt : qua etiam mihi durior locus est dicendi datum : vt, cum ante me & ille dixisset, & vir summa dignitate, & diligentia, & facultate dicendi, M. Crassus, ego in extremo non partem agerem aliquam causam, sed de rotare dicere, quod mihi videretur. Itaque in ydem rebus ferè versor, & quoad possum, iudices, occurro vestram sapientiam. sed tamen, Serui, quam te securem putas injecta petitioni tuae, cum tu populum R. in eum metum adduxisti, vt pertimesceret, ne consul Catilina fieret, dum tu accusationem com-  
49 parares, deposita, atque abiecta petitione? \* etenim te inquirere videbant tristem ipsum : moestos amicos, obseruationes, testificationes, seductiones testimoniū, secessionem subscriptorum animaduertebant: quibus rebus certè ipsi candidatorum vultus obscuriores videri solent. Catilinam interea alacrem atque latum stipatum choro iuuentutis, vallatum iudicibus, atque sicarijs, inflatum cum spe militum, cum collega mei, quenadmodum dicebat ipse, promisit, circumfluente colonorum Aretinorum & Fesulanorum exercitu. quam turbam dissimillimum ex genere distinguebant homines percussi, Syllani temporis calamitate. vultus erat ipsius plenus furoris, oculis sceleris, sermo arrogantis, sic, ut etiam exploratus, & domi conditus consulatus videretur: Muranam contemnebat: Sulpitium accusatorem suum numerabat, non competitorem: ei vim denunciabat:

PRO L. MVRAENA.

ciabat: reip. minabatur. \* quibus rebus, qui timor<sup>50</sup> bonus omnibus injectus sit, quantoque desperatio reip. si ille factus esset, nolit à me commoneri velle, vos- metipſi vobis ſum recordamini, meministis enim, cum illius nefarij gladiatoriſ voceſ percrebuſſent, quas habuiffe in concione domesṭica dicebatur, cū miſerorum fidelem defenſorem, negaſſet iuueniri poſſe, niſi eum, qui ipſe miſer eſſet: integrorum & for- tunatorum promiſis fauicioſ & miſeroſ credere non oportere: quare qui conſumpta replere, erēpta recu- perare vellent, ſpectarent, quid ipſe deberet, quid poſſideret, quid auderet. minime timidum, & valde calamitosum eſſe oportere eum, qui eſſet futurus dux,<sup>51</sup> & ſignifer calamitorum. \* tum igitur, hi rebus audiri, meministis fieri S. C. referente me, ne po- ſtero die comitia haberentur, vt de hiſ rebus in ſenatu agere poſſemus. itaque poſtridie frequenti ſenatu Ca- tilinam excitaui, atque eum de ijs rebus iuſi. ſi quid vellet, quo ad me allata eſſent, dicere. atque ille vi- ſemper fuit apertiſſimus, non ſe purgauit, ſed indi- cauit atque innuit. tum enim dixit, duo corpora eſſe reip. unum debile infirmo capite, alterum jirmum ſine capite. huic, cū ira de ſe meritum eſſet, caput ſe viuo non defuturum. congeuiit ſe- natus frequens, neque tamen ſatis ſeuere pro rei indignitate decreuit: nam partim ideo fortes in de- cernendo non erant, quia nihil timebant: partim, quia timebant. tum erupit ē ſenatu triumphans gaudio, quem omnino viuum illinc exire non opor- tuerat, proferim cū idem ille, in edem ordine

pauſa

## ORATIO

paucis diebus antè, Catoni fortissimo viro iudicium  
minitanti, ac denuncianti, respondisset, si quod esset  
in suas fortunæ incendium excitatum, id se non  
52 aqua, sed ruina restinxeruntur. \* his tum rebus com-  
motus, & quodd homines iam tum coniuratos cum  
gladiis in campum deduci à Catilina sciebam, de-  
scendi in campum cum firmissimo praesidio fortissi-  
morum virorum, & cum illa lata insigne lorica,  
non quo me tegeret ( etenim sciebam Catilinam  
non latus aut ventrem, sed caput & collum solere  
petere ) verum ut omnes boni animaduerterent, &  
cum in metu & periculo consulem viderent, id quod  
est factum, ad opem praesidiumque meum concur-  
verent. itaque cum te, Serui, remissorem in peten-  
do putarent, Catilinam & se, & cupiditate in-  
flammatum viderent, omnes, qui illam à rep. pe-  
stem depellere cupiebant, ad Muranam se statim  
53 contulerunt. \* magna est autem comitij consula-  
ribus repentina voluntatum reclinatio, praesertim  
cum incubuit ad virum bonum, & multis alijs ad-  
iumentis petitionis ornatum. qui cum honestissimo  
patre, atque maioribus, modestissima adolescentia,  
clarissima legatione, pratura probata in iure, gra-  
tia in munere, ornata in provincia, petisset diligen-  
ter, & ita petisset, ut neque minanti cederet, ne-  
que cuiquam minaretur: huic mirandum est, ma-  
gno adiumento Catilina subitam spem consulatur  
54 adipiscendi fuisse? \* Nunc mihi tertius ille locus est  
orationis de ambitus criminibus, per purgatus ab ipsis,  
qui

## PRO L. MVR AENA.

qui ante me dixerunt, à me, quoniam ita Murana  
voluit, retractandus, quo in loco Postumio familia-  
ri meo, ornatissimo viro de diuisorum indicys, &  
de deprehensis pecunys : adolescenti ingenioso &  
bono, Seru Sulpitio, de equitum centurys: M. Ca-  
toni, homini in omni virtute excellenti, de ipsius  
accusatione, de S. C. de rep. respondebo. sed pauca,  
qua meum animum repente mouerunt, prius de L.  
Murana fortuna conquerar. \* Nam cùm sapè an-<sup>55</sup>  
rea, iudices, & ex aliorum miservys, & ex meis cu-  
ris, laboribusque quotidianis, fortunatos eos homi-  
nes iudicare, qui remoti à studijs ambitionis, o-  
cium ac tranquillitatem vita secuti sunt: rūm verò  
in his L. Murana tanti, tamque impropositis pericu-  
lii ita sum animo affectus, vt non queam satis ne-  
que communem omnium nostrum conditionem, ne-  
que buius euentum fortunamque misereri: qui pri-  
mū dum ex honoribus continuis familia, maiori-  
rumque suorum vnum ascendere gradum dignita-  
tis conatus est, venit in periculum, ne & ea, qua re-  
licita, & hæc qua ab ipso parta sunt, amittat: dein  
de propter studium noua laudis, etiam in veteris  
fortuna discrimen adducitur. \* qua cùm sunt gra-<sup>56</sup>  
zia, iudices, rūm illud acerbissimum est, quod ha-  
bet eos accusatores, non qui odio inimicitarum ad-  
acusandum, sed qui studio accusandi ad inimici-  
tias descenderent: nam vñ omittam Ser. Sulpitium,  
quem intelligo non iniuria L. Murana, sed honoris  
contentione permotum: accusat paternus amicus

Gn.

## ORATIO

Cn. Postumius, *vetus*, vt ait ipse, *vicinus ac necessarius*, qui *necessitudinis causas complures protulit*, *simultatis nullam commemorare potuit*: *accusat Ser. Sulpitium sodalis filij*, cuius *ingenio paterni omnes necessarij munidores esse debebant*: *accusat M. Cato*, qui, *quoniam à Muræna nulla re vñquam alienus fuit*, *tamen ea conditione nobis erat in hac cunctate natus*, *vt eius opes*; & *ingenium presidio multis etiam alienissimis*, *vix cuiquam inimicus es- 57 se deberet*. \* *Respondebo igitur Postumio primū*, *qui nescio quo pacto mibi videtur prætorius can-didatus in consularem*, *quasi desulorius in qua-drigarum curriculum, incurrire*. *cuius competito-res si nihil deliquerunt*, *dignitati eorum concepit*, *cum peterē desistit*: *sin autem eorum aliquis largi-tus, expetendus amicus est*, *qui alienam potius in-iuriā quam suam persecutatur*.

Ea omnia, que & Postumio, & Ser. Sulpitio adol-scenti responsa sunt, desiderantur.

§8 \* *Venio nunc ad M. Catonem*, quod est firmamen-tum, ac robur totius accusationis: qui tamen ita grauis est accusator, & vehemens, vt multi magis eius auctoritatem quam criminationem pertimes-cam, in quo ego accusatore, iudices, primū illud deprecabor, ne quid L. Muræna dignitas illius, ne quid exspectatio tribunatus, ne quid totius vita splendor & granitai noceat: denique ne eas soli huic obfinis

## PRO L. MVR AENA.

obſint bona M. Catonis, que ille adeptus est, vt  
multis prædeſſe poſſet, bis conſul fuerat P. Afri-  
nus, & duos terrores huius imperij, Carthaginem,  
Numantiamque deleuerat, cum accusauit L. Cot-  
tam, erat in eo ſumma eloquentia, ſumma fides,  
ſumma integritas, auctoritas tanta, quanta in ipſo  
imperio populi R. quod illius opera tenebatur. ſed  
hoc maiores natu dicere audiui, hanc accuſatoris  
eximiam dignitatem plurimum L. Cotta profu-  
iſſo. noluerunt sapientiſſimi homines, qui tam rem  
illam iudicabant, ita quenquam cadere in iudicio,  
ut nimis aduersari viribus abiectus videretur.\* 59  
quid? Sergium Galbam ( nam traditum memoria  
eſt) nonne proauro tuo, fortissimo, atque florentiſſi-  
mo viro, M. Catoni, incubenti ad eius perniciem,  
populus R. eripuit? ſemper in hac ciuitate nimis ma-  
gnum accuſatorum opibus, & populus vniuersus, &  
ſapientes, ac multum in posterum proſpicientes  
iudices reſtituerunt. nolo, accuſator iis iudicium  
potentiam afferat, non vim maiorem aliquam,  
non auctoritatem excellentem, non nimiam gratia-  
am: valeant hec omnia ad ſalutem innocentium,  
ad opem impotentum, ad auxilium calamitosorum:  
in periculo verd & in pernicie ciuitum repudien-  
tur. \* namſi qui hoc forte dicer, Catonem descen-  
ſurum ad actusandum non fuiffe, niſi riuſ de cau-  
ſa iudicasset: iniquam legem, iſ dices, & miſe-  
ram conditionem iſtituet periculum hominum,  
ſi exiſtimabit iudicium accuſatoru in reum  
pro

## ORATIO

pro aliquo prauidicio valere oportere. ego tuum  
consilium, Cato, propter singulare animi mei, de  
tua virtute, iudicium, vituperare non audeo, non  
nulla in te forsitan conformare, & leuiter emon-  
dere possum. non multa peccas, inquit ille fortissi-  
mo viro senior magister: sed si peccas, te regere pos-  
sum, at ego te verissime dixerim peccare nihil, ne-  
que illa in re esse huiusmodi, ut corridentis potius,  
quam leuiter inflectendis esse videare. finxit enim  
re ipsa natura ad honestatem, gravitatem, temper-  
antiam, magnitudinem animi, iustitiam, ad om-  
nes denique virtutes magnum hominem, & excel-  
sum. accessit his tot, doctrina non moderata, nec  
mitis, sed, ut mibi videtur, paulo asperior, &  
di-  
rior, quam aut veritas, aut natura patiatur, &  
quoniam non est nobis hac oratio habenda, aut cum  
imperita multitudine, aut aliquo conuentu a-  
grestium, audacius paulo de studiis humanitatibus  
qua & mibi & vobis nota & indicanda sunt, di-  
frutabo. In M. Catone, iudices, hac bona, qua vide-  
mus, diuina, & egregia, ipsius scitorum est propria:  
qua nonnunquam requirimus, ea sunt omnia non à  
natura, sed à magistro. fuit enim quidam summo  
ingenio vir, Zeno, cuius inventorum emuli Stoici  
nominantur. huius sententias sunt & precepta  
eiusmodi: sapientem gratia nunquam moue-  
ri, nunquam cuiusquam delicto ignorare,  
neminem misericordem esse, nisi stultum, &  
leuem: viri non esse, neque exorari, neque placari:

folos

## PRO L. MVR AENA.

solos sapientes esse , si distortissimi sint , formosos : si mendacissimi , diuites : si seruitutem seruant , reges , nos autem , qui sapientes non sumus , fugitivos , exiles , hostes , insanos denique esse dicunt : omnia peccata esse paria : omne delictum scelus esse nefarium : uerius minus delinquere eum , qui gallum gallinaceum , cum opus non fuerit , quam eum , qui patrem suffocauerit : sapientem nihil opinari , nullius rei penitere , nulla in re falli , sententiam mutare nunquam . \* hoc bono ingeniosissimus M. Cato auctoribus eruditissimis inductus , arripuit , neque disputandi causa , ut magna pars , sed ita viuendi , petunt aliquid publicani , caue quicquam habeat momenti gratia . supplices aliqui veniunt miseri & calamitosi , sceleratus & nefarius fueris , si quicquam misericordia adductus feceris , fatetur aliquis se peccasse , & eius delicti veniam petat , nefarium est facinus ignoscere , at leue delictum est : omnia peccata sunt paria , dixisti quippiam , fixum & statutum est , non re ductus es , sed opinione sapiens nihil opinatur . errasti aliquia in re : male dici putat hac . ex disciplina nobis illa sunt . dixi in senatu me nomen consularis candidati delatum : iratus dixisti : nunquam , inquit , sapiens irascitur , at temporis causa , improbi , iuquit , hominis est , mendacio fallere mutare sententiam turpe est : exorari scelus : misereri , flagitium . \* nostri 63 autem illi , ( fatebor enim , Cato , me quoque in adolescentia diffissam ingenio meo quassisse adiumenta

## ORATIO

doctrinae) nostri, inquam, illi à Platone & Aristotele, moderati homines & temperati, autem, apud sapientem valere aliquando gratiam: viri boni esse misereri, disticta genera esse delictorum, & dispartes penas: esse apud hominem constantem ignoscendi locum: ipsum sapientem sapere aliquid opinari, quod nesciat: irasci nonnunquam, exortari eundem, & placari: quod dixerit, in verbum, si sit & rectius sit: mutare, de sententia decadere aliquando: omnes virtutes mediocritate quadam esse moderatas. \* hos ad magistros si quare fortuna, Cato, cum ista natura detulisset, non tu quidem melior vir esse, nec fortior, nec temperantior, nec iuventus, (neque enim esse potes.) sed paulo ad lenitatem proprieor: non accusares nullis adductis iniurias, nulla lacefatus iniuria pudentissimum hominem, summadignitate atque honestate prediti imputares, cum in eiusdem anni custodia te atque L. Muranam fortuna posuisset, aliquo te cum hoc reip. vinculo esse coniunctum: quod atrociter insegnauit dixisti, aut non dixisses, aut seposuisses, aut 6; mitiorem in partem interpretarere. \* ac te ipsum, quantum ego opinione auguror, nunc & animi quodam impetu concitatum, & in natura atque ingenio elatum, & recentibus praceptorum studijs flagrantem, iam vsus flectet, dies leniet, etas mitigatione, etenim isti ipsi mibi videntur vestri praecopores & virtutum magistri, fines officiorum paulo longius, quam natura vellet, protulisse, ut, cum ad ultimum

## PRO L. MVRÆNA.

timum animo contendissimus, ibi tamen, ubi oportet, confisteremus. nihil ignouerit: imò aliquid non omnia, nihil gratia causa feceris: imò resistite gratia, cum officium & fides postulabit, misericordia commotus nescis, etiam in dissoluenda severitate: sed tamen est laus aliqua humanitatis, in sententia permaneto: enim verò nisi sententia aliqua vicerit melior. \* huiuscemodi Scipio ille fuit: 66  
quem non penitebat facere idem, quod tu: habere eruditissimum hominem, & penè diuinum domum: cuius oratione, & precepti, quanquam erant ea- dem ista, quare delectant, tamen afferior non est factus, sed ut acceperit à senibus lenissimus. quis verò C. Latio cōmior? quis iucundior, eodem ex studio isto? quis illo grauior? sapientior? possum de L. Philippo, de C. Gallo dicere hanc eadem: sed te domum iam deducam tuam. quenquāne existimās Cātōne pro tuo commodiorem, cōmōrem, mode- ratiōrem fuisse ad omnium rationē humanitatis? de cuius præstanti virtute cum verè grauiter- quē dicetet, domesticum te habere dixisti exemplum ad imitandum, est illud quidem exemplum tibi propositum domi: sed tamen natura similitu- do illius ad te magis, qui ab illo ortus, quām ad unumquē nostrum peruenire potuit: ad imi- tandum verò tam mihi propositum exemplar illud est, quām tibi. sed si illius comitatem, & facilita- tem tuę grauitati seueritatique asperseris, non ista quidem erunt meliora, quānū sunt optima, sed

## ORATIO

¶ Certe condita iucundius. \* quare ad id , quod insit  
tui , reuertar , tolle mibi è caufa nomen Catoni ,  
remoue , prætermitte auctoratem , qua in iudi-  
cys , aut nihil valere , aut ad salutem debet valere :  
congregere mecum criminibus ipſis : quid accusas  
Cato ? quid effers in iudicium ? quid arguis ? ambi-  
tum accusas : non defendeo . me reprehendis , quid  
idem defendam , quid lege punierim : puniti ambi-  
tum , non innocentiam : ambitum verò ipsum vel te-  
cum accusabo , si voles . dixisti S. C. me referente  
esse factum : si mercede corrupti obuiam candidati  
iffent , si conducti sectarentur , si gladiatoribus vul-  
go locuſ tributus , & item prandia si vulgo effent  
data , contra legem Calpurniani factum videri.  
ergo ita senatus iudicat , contra legem facta hac  
videri , si facta sint . decreuit quod nihil opus est ,  
dum candidatis morem gerit . nam factum sit , nec-  
ne , vehementer queritur . si factum sit , quin con-  
tra legem sit , dubitare nemo potest . \* est igitur  
ridiculum , quod est dubium , id relinquere incera-  
tum , quod nemini dubium potest esse , id iudicare .  
aque id decernitur omnibus postulantibus candi-  
datis , ut ex S. C. neque cuius intersit , neque contra  
quem sit , intelligi posit , quare doce à L. Murana  
illa esse commissa : tum ego in tibi contra legem  
commissa esse concedam . multi obuiam prodierunt  
de prouincia decedenti , consulatum petenti : solet  
fieri . ecclsi autem non proditur preuerrenti ? qua-  
fuis ista multitudo ? primum . si tibi istam ra-  
tio-

PRO L. MVRAENA.

tionem non possum reddere : quid habet admiratio-  
nis, tali viro aduenienti, candidato consulari ob-  
uiam prodisse multos? quod nisi esset factum, magis  
mirandum videretur. \* quid si etiam illud addam, 69  
quod à consuetudine non abhorret, rogatos esse  
multos? num aut criminofum sit, aut mirandum:  
qua in ciuitate rogati infirmorum hominum filios  
prope de nocte ex ultima sepe vrbe deductum veni-  
re soleamus, in ea non esse grauatos homines pro-  
dire hora tertia in campum Martium, praesertim  
talis viri nomine rogatos? quid, si omnes societates  
venerunt? quarum ex numero multi hic sedent iu-  
dices? quid, si multi homines nostri ordinis, hone-  
stissimi? quid, si illa officiosissima, quæ neminem pa-  
titur non honestè in vrbe introire, tota natio can-  
didatorum? si denique ipse accusator noster Postu-  
nius obuiam cum benè magna caterua sua venit?  
quid habet ista multitudo admirationis? omitto  
clientes, vicinos, tribules, exercitum totum Lucul-  
li, qui ad triumphum per eos dies venerat, hoc di-  
co, frequentiam in isto officio, gratuitam non modò  
dignitati illius yngquam, sed ne voluntati quidem  
defuisse. \* at sectabantur multi: doce mercede: con-  
cedam esse crimen: hoc quidem remoto, quid repre-  
hendis: quid opus est, inquit, sectatoribus? à me tu id  
queris, quid opus sit eo, quo semper vsi sumus? ho-  
mines tenues vnum habent in nostrum ordinem  
aut promerendi, aut referendi beneficij locum,  
hanc in nostris petitionibus operam, atque

## ORATIO

affectionem: neque enim fieri potest, neg. postulan-  
dum est à nobis, aut ab equitibus R. vt suos necessar-  
rios candidatos sectentur totos dies: à quib[us] si do-  
mus nostra celebratur, si interdum ad forum dedu-  
cimur, si uno basiliæ spatio honestamur, diligenter  
obseruari videmur, & coli. tenuiorum & non oc-  
cupatorum amicorum, est ista assiduitas: quorum

71 copia bonis, & beneficijs deesse non sulet, & noli igitur  
eripere hunc inferiori generi hominum fructum of-  
ficij, Cato: sine eos qui omnia à nobis sperant, habere  
ipsos quoque aliquid, quod nobis tribueret posset. si  
nihil erit prater ipsorum suffragium, tenue est, si vt  
suffragentur, nihil valent gratia: ipsi denique vt se-  
lent loqui, non dicere pro nobis, non spondere, non  
vocare domum suam possunt: atque hac à nobis per-  
petua omnia: nequæ illa re alia, qua à nobis conse-  
quentur, nisi opera sua compensari putant posse,  
itaque & legi Fabia, qua est de numero sectatorum,  
& S. C. quod est L. Cesare consule factum, restitu-  
runt: nulla est enim p[un]a, qua posset obseruantium  
tenuiorum, ab hoc vetere instituto officiorum ex-  
cludere.\* At spectacula sunt tributim data, & ad

prandium vulgo vocati. et si hoc factum à Murena  
omnino, iudices, non est, ab eius amicis autem more  
& modo factum est: tamen admonitus re ipsa, re-  
cordor, quanquam hæc questiones insenatus habita,  
punctorum nobis, Serui, detraxerint, quod enim  
tempus fuit, aut nostra, aut patrum nostrorum me-  
moria, quo hac, sive ambitio est, sive liberalitas, non  
fuerit, ut lecus, & in Circo, & in foro daretur a-

mita

PRO L. MVR AENA:

nicis, & tribulibus? hac homines tenuiores pri-  
mum, ne dum, qui eis suis tribulibus vetere instituto  
assequebantur.

Desunt nonnulla.

prefectum fabram semel locum tribulibus suis de- 73  
disse: quid statuerit in viros primarios, qui in Circo  
rotas tabernas tribulum causa compararunt?  
hac omnia sectatorum, spectaculorum, prandiorum  
item crimina à multitudine in tuam nimiam  
diligentiam, Serui, connecta sunt: in quibus ta-  
men Murana à senatus auctoritate defenditur.  
quid enim? senatus, num obuiam prodire crimen  
putat? non, sed mercede: conuince. num sectari  
multos? non, sed conductos: doce. num locum ad  
spectandum dare, aut ad prandium invitare? mini-  
mè, sed vulgo passim. quid est vulgo? vniuersos. non  
igitur, si L. Natta, summo loco adolescens, qui, &  
quo animo iam sit, & qualis vir futurus sit, vide-  
nus, in equitum centurijs voluit esse, & ad hoc of-  
ficium necessitudinis, & ad reliquum tempus gra-  
tiosus, id erit eius vitricofraudi, aut criminis: nec, si  
virgo Vestalis huius propinqua, & necessaria locum  
suum gladiatorium concessit huic, non & illa pè  
fecit, & hic à culpa est remotus, omnia hac sunt  
officia necessiorum, commoda tenuiorum, munia  
candidatorum: at enim agit mecum austere, & sto- 74  
icè

## ORATIO

icè Cato : negat verum esse , allici benevolentiam ci-  
bo : negat iudicium hominum in magistris mandan-  
tibus corrupti voluptatibus oportere : ergo , ad cœ-  
nam petitionis carissimi quis vocat , condemnatur.  
quippe , inquit , tu mihi summum imperium , sum-  
mam auctoritatem , tu gubernacula reip. petas fo-  
uendis hominum sensibus , & deliniendis animis , &  
adhibendis voluptatibus ? virum lenocinium , inquit ,  
à grege delicate iuuentutis , an orbis terrarum impe-  
rium à populo R. petebas ? horribilis oratio : sed eam  
vixit , vita , mores , ciuitas ipsa respuit : neque tamen La-  
cedononis auctores istius vite , atque orationis , qui  
quotidianis epulis in robe accumbunt : neque vero  
Cretes , quorum nemo gustauit unquam cubam ;  
melius , quam Romani homines , qui tempora volup-  
tatis laboris , differiunt , res suas retinuerunt : quo-  
rum alteri vno aduentu nostri exercitus deleti sunt ,  
alteri nostri imperij praesidio disciplinam suam , le-  
gesque conseruant . \* quare noli , Cato , majorum in-  
stituta , quares ipsa publica , quæ diuturnitas imperij  
comprobat , nimium severa oratione reprehendere.  
fuit eodem ex studio vir eruditus apud patres nostros  
& honestus homo , & nobilis , Q. Tubero . is , cum epu-  
lum Q. Maximus , Africani patrui sui nomine , populo  
R. dayer , rogatus est à Maximo , & triclinium ser-  
neret , cum esset Tubero eiusdem Africani sororis fi-  
lius . atque ille , homo eruditissimus , ac Stoicus , stra-  
uit pelliculus hædinus lectulos Punicanos , & expo-  
suit vas a Samia : quasi vero esset Diogenes Cynicus  
mortuus , & non diuinus hominis Africani mors ho-  
nesta

PRO L. MVR AENA.

nestaretur : quem cùm supremo eius die Maximus laudaret , gratias egit dñs immortalibus , quid ille vir in hac rep. potissimum natus esset ; necesse enim fuisse , ibi esse terrarum imperium , vbi ille esset huius in morte celebranda , graniter tulit populus R. hanc peruersam sapientiam Tuberonis . \* itaque homo integerrimus , ciuis optimus , cum esset L. Pauli nepos , P. Africani , vt dixi , sororis filius , his hædiniis pelliculis prætura deiectus est . odit populus R. priuatam luxuriam , publicam magnificentiam diligit : non amat profusas epulas , sordes , & inhumentatem muliò minus : distinguit rationem officiorum ac temporum , vicitudinem laboris ac voluptatis . Nam quod ait nulla re allici hominum mentes eportere ad magistratum mandandum , nisi dignitate : hoc tu ipse , in quo summa est dignitas , non seruas . cur eniū quenquam , vt fugeat tibi , vt te adiuuet , rogas ? rogas tu me , vt mibi presis , vt committam ego me tibi ? quid tandem ? istud me rogari oportet abste , an te otiis à me , vt pro mea salute laborem , periculumq; suscipias ? \* quid , quid habes nomenclaturam ? in eo quidem fallis , & decipiis , nam si nomine appellari abste ciues tuos honestum est : turpe est eos notiores esse seruo tuo , quām tibi : sin etiam nōritur tamen per monitorem appellandi sunt ? cur non ante petis , quām susurravit ? aut quid , cùm admoneris , tamen quasi tute nōritur , ita salutas ? quid posteaquam es designatus , multos salutas negligenter ? hac omnia ad rationem ciuitatis si dirigas , recta sunt ; sin perpendere ad disciplina præcepta velis , reperi-

V 5

aut

## ORATIO

autur prauissima. quare nec plebi Rom. eripiendi  
fructus isti sunt ludorum, gladiatorum, coniuviorum,  
qua omnia maiores nostri comparauerunt:  
nec candidatis ista benignitas admenda est, qua  
liberalitatem magis significat, quam largitionem.

78 \* at enim te ad accusandum resp. adduxit. credo,  
Cato, te isto animo, atque ea opinione venisse, sed tu  
imprudentia laberis: ego, quod facio, iudices, cum ar-  
micitia, dignitatisque L. Muræna gratia facio, tum  
me pacis, occidæ, concordie, libertatis, salutis, vitæ denique  
omnium vestrum causas facere clamo atque obtestor.  
audite, audite consulem, iudices, nihil dicam arro-  
gantiis, tantum dicam, totos dies atque noctes de rep.  
cogitantem, usque è L. Catilina remp. despxit atque  
contempsit, ut eâ copiâ, quam secum eduxit, se hanc  
ciuitatem oppressarum arbitraretur. latius patet il-  
lius sceleris contagio, quam quisquam putat: ad plu-  
res pertinet: intus, intus, inquam, est equus Troianus,

79 à quo nunquā, me consule, dormientes opprimemini.\*  
quaris à me quid ego Catilinam metuam? nihil: & cu-  
raui, ne quis metueret: sed copias illius, quas hic vi-  
deo, dico esse metuendas: nec tam timendus est nūc ex-  
ercitus L. Catilinae, quam isti, qui illum exercitū de-  
seruisse dicuntur: non enim deseruerunt, sed ab illo  
in speculis, atq. insidijs relikti, in capite atq. in cervi-  
cibus nostris restiterunt. bi & integrum consulem, &  
bonū imperatorem, & natura, & fortuna cum reip.  
salute coniunctum, deic̄i de urbi pr̄sidio, & de cu-  
stodia ciuitatis, vestris sententij̄s perturbari volunt,  
quorum ego ferrum & audaciam reiç̄i in campo,

debi-

PRO L. MVRÆNA.

debilitati in foro, compresi etiam domi mea sèpè, iudices. his vos si alterum consulem tradidervis, plus multò erunt vestris sententys, quām suis gladijs consecuti. magni interest, judices, id quod ego manu re-pugnantibus egi, atque perfeci, esse Kal. Ian in rep. duos consules. \* nolite arbitrari, mediocribus consi-  
līs, aut vītatis vījs, aut lege improba, aut pernicio-  
sa largitione, audītū aliquando aliquid malum  
reip. quāri. inita sunt in hac ciuitate consilia, iudi-  
ces, vrbis delenda, ciuium trucidandorum, nomi-  
nis R. extinguenti, atque hæc ciues, ciues, inquam  
(si eos hoc nomine appellari fas est) de paria sua &  
cogitant, & cogitauerunt, horum ego quot dēcon-  
silijs occurrō, audaciam debilitō, sceleri resisto. sed  
vos moneo, iudices: in exītu ēst iam meus con- ulan-  
tus: nolite mihi subtrahere vicarium meo diligenter:  
nolite adimere eum, cui remp. cupio tradere incolu-  
mem ab his tantis periculis defendend. im. \* atque 81  
ad hæc mala, iudices, quid accedat aliud, non vide-  
tis te, te appello, Cato, nonne prospici temp̄atam  
annī tui? iam enim besterna concione intonavit vox  
perniciosa designati tribuni collegati: contra quem  
multū tua mens, multū omnis boni prouide-  
runt, qui te ad tribunatus petitionem vocauerunt,  
omnia, qua per hoc triennium agitata sunt, iam ab  
eo tempore, quo à L. Catilina, & Cn. Pisone intum-  
confliū senatus interficiendi scīta ēsse, in hos dies,  
in hos menses, in hoc tempus erumpunt, \* qui locus 82  
est, iudices, quod tempus, qui dies, quæ nox, cū meo  
non ex istorum insidijs ac mucronibus, non salutem meo,  
sed

## ORATIO

sed multò etiam magis diuino consilio eripiar, atque  
euolem? neque isti meo nomine interfici, sed vigi-  
lantem consulem de reip. præsidio dimouere volunt:  
nec minus vellent, Coto, te quoque aliqua ratione, si  
possent, tollere: id quod, mibi crede, & agunt, & mo-  
liuntur, vident enim, quantum in te sit animi, quant-  
um ingenij, quantum auctoritatis, quantum reip.  
præsidij. sed cum consulari auctoritate, & auxiliq.  
spoliatam vim tribunitiam viderint, tum se facilitus  
inermem & debilitatum te oppressuros arbitran-  
tur. nam, ne sufficiatur consul, non timent; vident  
in tuorum potestate collegarum fore: sperant sibi Si-  
lanum clarum virum, sine collega, te sine consule,  
remp. sine præsidio objici posse, his tantis in rebus, tan-  
tisque in periculis, est tuum, M. Cato, qui non mibi,  
non tibi, sed patriæ natus es, videre quid agatur,  
retinere adjutorem, defensorem, socium in rep. con-  
sulem non cupidum, consulem ( quod maximè tem-  
pushoc postulat ) fortuna constitutum ad amplexa-  
andum ocium, scientia ad bellum gerendū; animo &  
ysu, ad quod velis negotium. \* quanquam huiusc  
rei potestas omnis in vobis sita est, iudices: tota remp.  
vos in hac causa tenetis, vos gubernatis. si L. Catili-  
na cum suo consilio nefariorum hominum, quos secū  
eduxit hac de re posset iudicare, condemnaret L. Mu-  
ronam: si interficere posset, occideret: petunt enim ra-  
tiones illius, ut orbetur auxilio resp. ut minuatur con-  
tra suum furem imperatorum copia: ut maior fa-  
cilitas tribunis plebis detur depulso aduersario, se-  
ditionis ac discordia concitanda: idemne igi-  
que

84

## PRO L. MVRÆNA

cur delecti amplissimis ex ordinibus honestissimi  
atque sapientissimi viri iudicabunt, quod ille impor-  
tunissimus gladiator, hostis reip. iudicaret: \* mibi 84  
credite, iudices, in hac causa non soldam de L. Mu-  
ræno, verum etiam de vestra salute sententiam fe-  
retis, in discrimen extremum venimus: nihil est  
iam, unde nos resciamus, aut ubi lassissemus,  
non solum minuenda non sunt auxilia, qua habe-  
mus: sed etiam noua, si fieri posse, comparanda.  
hostis est enim non apud Anienem, quod bello Pun-  
ico grauiissimum visum est, sed in urbe, in foro, ( dñ  
immortales, sine gemitu hoc dicere non potest ) non  
nemo etiam in illo sacrario reip. in ipsa, inquam,  
curia non nemo hostis est, dñ faxint, ut meus colle-  
ga vir fortissimus hoc Catilina nefarium latroci-  
nium armatus opprimat: ego togatus, vobis bonisque  
omnibus adiutoribus, hoc, quod conceptum resp. pe-  
culatum parturit, consilio discutiam, & compri-  
mam. \* sed quid tandem fiet, si hac elapsa de ma. 85  
nibus nostris in eum annum, qui consequitur, re-  
dundarim? unus erit consul, & non in administrando  
bello, sed in sufficiendo collega occupatus. hunc iam  
qui impedituri sint, siquidem

desunt nonnullæ.

¶ Illa pestis inmanus, importuna Catilina prorum-  
pet, quæ poterit, & iam pop. R. minatur: in agros  
suburbanos repente aduolabit: versabitur in ca-  
stris furor, in curia timor, in foro coniuratio, in  
campo.

## ORATIO

86 *Campō exercitus, in agris vastitas: omni autem in  
fede ac loco ferrum flammamque metuemus: quo  
z: an diu comparantur: eadem ista omnia, siornata  
tuis prahidys erit resp. facile & magistratum con-  
ſilijs, & priuatojum diligentia opprimentur.\* Quis  
cum ita fint, iudices, primū reip: cauſa, qua nullā  
res unquam potior debet esse, vos pro mea summa;  
& vobis cognita in rem. diligentia moneo, pro al-  
lertitate consulari horror, pro magnitudine peri-  
culi obtestor, ut o: io, ut paci, ut saluti, ut vita velut  
& ceterorum ciuitum consulatis: deinde ego fidem  
vestram vel defensoris, & amici officio adductus orō  
arque obsecro, iudices, ut ne hominis miseri, & cum  
corporū morbo, tūm animi dolore confecti, L. Mu-  
rēa recentem gratulationem nouā lamentationē  
obruatu: modò maximo beneficio populi Rōm. or-  
natus, fortunatus videbatur, qud̄ primus infami-  
liam veterem, primū in municipium antiquissimum  
consulatum attulisset: nūc idem squatore, sordibus  
confectus, morbo, lacrymis ac mōrōre perditus, ve-  
ster est supplex, iudices, vestram fidem obtestatur,  
misericordiam implorat, vestram potestatem ac ve-  
87 stras opes intuetur.\* nolite per deos immortales, iu-  
dices, hac eum re, qua se honestorem fore putauit,  
etiam cereris ante partu honestribus, atque omni di-  
gnitate fortunaque priuare. atq: ita vos Murēa, iu-  
dices, orat atque obsecrat: si iniuste retinēm̄ lasti, si  
nullius aurēs voluntatemve violauit, si nemini, vt  
leuis: mē dicam, odio nec domi, nec militia fuit: sit  
apud vos modestia locus, sit demissis hominibus per-*

*fugī-*

## PRO L. MVRÆNA.

sugium, sit auxilium pudori, misericordiam spoliatio  
nem consulatus magnam habere debet, iudices: vnde  
enim eripiuntur cum consulatu omnia. inuidiam  
verò his temporibus habere consulatus ipse nullam  
potest: obigitur enim concionibus seditionum, in-  
sidijs coniuratorum, telis Catilinae: ad omne denique  
periculum, atque ad omnem inuidiam solus opponitur.  
\* quare, quid inuidendum Mureno, aut cuiquam 88  
nostram sit, in hoc praelato consulatu, non video, in-  
dices: quae verò miserae sunt, ea & mihi ante o-  
culos versantur, & vos videre & pressicere potestis,  
si (quod Iupiter omen auerat) hunc vestris senten-  
tias affixeritis, quod se miser verteret domumne? vt e-  
am imaginem clarissimi viri parentis sui, quam  
paucis ante diebus laureatam in sua gratulatione  
confexit, eandem deformatam ignominia lugen-  
temque videat? an ad matrem? que misera modis  
consulem osculata filium suum, nunc cruciatum, &  
sollicita est, ne eundem paulo post spoliatum omni  
dignitate conficiat? \* sed quid ego matrem aut do- 89  
mum appello, quem nota pena legi & domo, &  
parente, & omnium suorum consuetudine, confexit?  
Auque priuat, ibit igitur in exilium miser? quod  
ad Orientis partes, in quibus annos multos lega-  
tus fuit, & exercitus duxit, & res maximas gesti?  
at habet magnum dolorem, unde cum honore dece-  
serit, eodem cum magna ignominia reueri. an se in  
contrariam partem terrarum abdet? vt Gallia Tran-  
salpina, quem nuper summocum imperio libenter si-  
mè viderit, eundem lugentem, marentem, exulens

## ORATIO

videat? in ea porro prouincia, quo animo C. Muranam  
fratrem suum adspicier? qui huius dolor? qui illius moe-  
ror erit? quo utriusque lamentatio? quanta autem  
perturbatio fortuna, atque sermonis quod, quibus in  
locis paucis ani diebus factum esse consulēt Mur-  
anam, nuncy literaque celebrassent, & vnde hospites  
atque amici gratulatum Romanū concurrerint, repen-  
90 tē eō accedat ipse nuncius sua calamitatis.\* Qua si  
acerba si misera, si iuctuosa sunt, si alienissima à manu  
suetudine, & misericordia vestra, iudices, conseruate  
populi Ro. beneficium, reddite reip. consulem, date hoc  
ipsius pudori, date patri mortuo, date generi & fami-  
lia, date etiam Lanuio, municipio honestissimo, quod  
in hac causā frequens, mæstumque vidistis. nolitè à  
sacris patrīs Iunonis Soffita, cui omnes consules  
facere necesse est, domesticum, & suum cōsulem poti-  
ssimum attellere, quem ego vobis, si quid haber aut mo-  
menti commendatio, aut auctoritatis confirmatio  
mea, consul cōsulem, iudices, ita commendo, vt cupi-  
tissimum oī, studiosissimum honorum, acerrimum  
contra seditionem, fortissimum, in bello, inimicis-  
simum huic coniuratiōnem, qua nunc remp-  
labe factat, futurum esse promit-  
tam, & spondeam.

PRO